



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Venerabilis Patris D. Hludowici Blosii Abbatis Lætiensis Ordinis S. P. N. Benedicti Tomus Posterior Margaritum Spirituale

Blois, Louis de

Monasterii Campidonensis, 1672

Docum XII. Paupertas & simplicitas.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45885](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45885)

In vitiis  
regula  
septem.

1. Oratio  
ad cibū.  
2. Mode-  
stia in  
mandu-  
cando.

3. Discre-  
tio in mo-  
do.

4. Mor-  
tificatio  
in appeti-  
tu gula.

5. Mensu-  
ra refe-  
ctionū.

6. Corre-  
ctio sui,  
sine an-  
nuitate.

plurisque superari difficilius solet, quàm cetera cordis vitia. Vigilet igitur vir spiritualis in quotidiana adversum gulam pugna: 1 & Dei auxilium sedulo imploret, ne vincatur. 2 Indecentem aviditatem, turbulentamque cupiditatem inter edendum etiam in simplicibus escis frenet, ipsum cibum modestè sumens, & eum honestè sensimque mandens. 3 Rationabilem corpusculi refectioem, non autem voluptatem quærat: 4 & quamvis delectationem terrenam sentiat (sine qua refectio corporalis ab homine famente vel sitiente nequaquam sumitur) non tamen eidem delectationi inhæreat, neque eam ad intima sua admittat. Non, inquam, ob id manducet aut bibat, ut carnis concupiscentijs inferviat, & prava desideria expleat, sed ut naturam juvet, ei que satisfaciat. 5 Excelsū diligenter vitet, ne cibo prægravatus reddatur ineptus ad interna exercitia. 6 Verūtamen si ipse minùs fortè attentus metas debitæ continentie paululum prætergressus fuerit, non sit nimium pullanimis: sed ad Deum confugiens, culpam humiliter agnoscat, veniamque ab eo postulet: & innovato sancto proposito, confidat in illius benignissima pietate. Paucos invenire est, quorum spiritum non aliquantulum gravet aut præpediat cibus sumptus, dum in stomacho concoquitur: sed citra vitium crapulæ id accidere potest.

7 Qui piè secum retractat atque recogitat, Dominum Jesum fel & acetum pro nobis gustasse, faciliùs gulæ illecebras spernit, faciliùs deliciosis escis ac potibus carere potest, atque ipsa deliciosa edulia æquè temperanter & inculpatè sumit, sicut minùs sapida ac vilia.

Enchiridij  
Parvulorum  
Lib. I.

7. In Chrē  
sti fel &  
acetum  
buccellat  
intingat.  
Ioan. 13

DOCUMENTVM XII.

*Paupertas & simplicitas.*

**P**AUCIS contentus esto, & simplicibus delectare: memor paupertatis quam pro te assumpsit, tibi que commenda vit Deus tuus. Tu discipulus, ille Magister: tu servus, ille Dominus. Gaudeat discipulus dum imitatur Magistrum: exultet servus, dum sequitur Dominum.

A P P E N D I X.

*Sancta paupertatis ingentes divitie.*

*Simplicitas in omnibus amplexanda: superfluitas penitus amputanda.*

**Q**VI fervet spiritu, & mundum ac seipsum verè contemnit, is superflua, curiosa, & exquisita ad suos usus non requirit: simplicitatem in victu ac vestitu, ceterisque necessarijs diligit: minùs potius quàm amplius habere semper appetit: pro his quæ sibi vel desunt, vel negligentiùs

Simplici-  
tas sine  
omni su-  
perflui-  
tate.